N Tondu Louis Christophe

1710 (10-12)

C. J.

Anno Dñi millmo septingentesimo
decimo die Decembris duodecimâ ante meridiem
Ludovicus Christophorus Tondu Diœcesos
Noviomensis Clericus, in Romanâ Curia
provisus de capellâ seu capellaniâ ad altare
seu sub invocatione Sti Eligij retro Chorum
in insigni Ecclîa Cathedrali Bæ V. Mariæ
Noviomensi sita et deserviri solitâ, ~
vacante per liberam dimissionem et resignoem
Magri Petri valentin pbri illius ultimi
et immediati possessoris pacifici, fuit per
venerandos Dnos Decanum, Canonicos et
caplum dictæ insignis Ecclîæ in suo
caplari loco legitime ad sonum campanæ
caplaris congregatos virtute litterarum
provisionis Romæ apud S. Mariam
Majorem expeditæ+ in capellanum ad
dictam capellaniam receptus et admissus
lectis antea Tonsuræ Clericalis litteris
et factâ fidei professione prestitisque
juramentis assuetis.

\+ decimo septimo Kalendas Novembris an. decimo

Eadem die post horæ Nonæ decantadem et antequam inciperentur vesperæ fuit per Dnum cantorem in infimis sinistræ partis Chori sedibus installatus pntibus inter plurimos Laurentio du Fresne et Ludovico Maillart pbris capellanis et vicariis Noviomi commorantibus ad ea quæ gesta sunt in Choro vocatis et rogatis testibus me etiam Capli Notario jurato et secretario subsignato hic et in pntium minutâ cum dictis supra testibus præsente.

De mandato
Venerandorum
Dnorum
Burnou

Eodem anno Dni millesimo septingentesimo decimo, die vero martis decima sexta mensis decembris, supradictus ingenuus adolescens Ludovicus Christophorus Tonde clericus Noviodunensis, provisus in curia

Romanæ, de capella perpetua, ad altare, seu sub invocatione sancti
Eligii retro chorum Ecclesiæ Noviomensis, sita, fundata, ac deserviri solita,
vacante per resignationem Magistri Petri Valentin Presbiteri illius
ultimi et immediati possessoris pacifici, post habitam actuum receptionis
in capellanum in capitulo et installationis in choro lecturam, solutis
etiam juribus, et præstitis juramentis assuetis, in capellanum admissus esse
in Communitate, et inter dominos capellanos annumeratus et adscriptus
me præsente ejusdem communitatis presbitero capellano nec non
secretario ordinario subsignato. Chatard

Insinué et Controllé aux greffe de
Controlle des Insinuations Ecclesiastiques
du diocese de Noyon, aud. Noyon
ce vingt six Decembre 1710.
Rtt 7 10s. pour Compris
De Ferron

Société d'Histoire et d'Archéologie de Senlis

Société d'Histoire et d'Archéologie de Senlis